1278. Febbrajo. Burio. (Astigiana) 51.

Anno domini millesimo ducentesimo septuagessimo octavo Indictione vi die lune viii mensis
februarii. presentia testium infrascriptorum. Agnex de losch uxor Jacobi garini de cost
eglol. vendidit et ex causa vendicionis tradidit et finivit confessa se tradidisse do
minico pelle peciam unam terre que est in posse costeglol ubi dicitur ad orium
cui coheret heredes quadi badee quedam via et heredes oberti rustichelli in alodium
et pro alodio cum omni iure actione accessione ingressione et egressione et cum omni usu
proprio et proprietate eidem rei vendite aut ipsi venditioni de iure pertinente. pro precio
librarum quinque et soldos quinque astensium. Quod precium dicta agnex fuit confessa se habuisse et
[...] a dicto emptore et de quo precio dicta agnex vocavit et tenuit se solutam
[...] a dicto dominico. Renuntians exceptioni non numerate et non recepte pecunie et non
habite et non recepti precii doli mali et infactum sine causa ut ex iniusta causa fori privi
llegio et omni alii iuri et quod non posset dicere seu opponere se fore deceptam ultra
dimediam iusti precii vel in aliqua parte ipsius precii et omni alii iuri. Tali modo et
forma facta est dicta vendicio quod dictus dominicus ipse et suos heredes et sucessores
et habentes causam ab eo seu cui dederit vel alienaverit habeat teneat et quiete
possideat ad sua voluntate sine contradicione dicte agnetis suorumque heredum et omnium
aliarum personarum. Quam autem vendicionem et rem vendita dicta agnex et suos heredes
et sucessores et habentes causam ab ea promisit eidem emptori ipse et suis heredibus et
sucessoribus et habentibus causam ab eo defendere disbrigare et auctoricare ab omni persona
et personis collegio et universitate. Quod si facere nollet aut non posset aut sub ali
quis ingenio se subtrahere vellet tunc dicta agnex eidem emptori predictam vendicionem
et rem vendita sicut pro tempore fuerit meliorata aut valuerit sub extimatione
[...] in consimili loco sub pena dupli restituere promisit cum omnibus dapnis expen
[...] quas inde fecerit vel substinuerit eundo redeundo stando occasione predicta
[...] iudicem mutuo primo aut alio modo et ecclesie in suo loco sine sacramento et sine
probacione aliqua. Unde volens transferre dominium et possessionem predicte vendicionis
in ipsum emptorem. constituit se possessionem predicte vendicionis nomine dicti venditoris
quousque dictus emptor de ea corporale apprehenderit possessionem quam apprehendere possit
et ei liceat ad sua voluntatem quandocumque voluerit sua propria auctoritate sine ab
solto potestatis iudicis et magistratus. Et ad predicta facienda dicta agnex [...]
emptorem constituit procuratorem ut in re sua propriam. Insuper dicta agnex [...]
et convenit eidem dominico ita facere et curare quod alaxina filia dicte agnetis
predictam vendicionem firma tenebit in perpetuum et non contra veniet et ratifica
bit et approbabit. Et si non faceret promisit eidem dominico restituere omnes expen
sas dampna et interesse que et quas inde fecerit vel substinuerit eundo redeundo
stando occasione predicta causa iudicem mutuo primo aut alio modo et ecclesie in suo
loco sine sacramento et sine probacione aliqua et inde dicta agnex omnia sua
bona eidem dominico pignori obligavit. Actum astense sub porticu ecclesie de dom
Interfuerunt testes vieta mategh. obertus garatellus intus civis astensium et
guillelmus macaria qui dicitur menapanis. Et Ego vivaldus de la[...]
[...] predictum instrumentum abreviatum per obertum dunimum notarium precepto dicti
feci et iussu ipsius hoc scripsi et ad maiorem cautela signum et nom
meum aposui :-

Et ego. obertus dunimus notarius palatinus predictum instrumentum abreviavi et signum et nomen
meum apposui

Marbio 13 (51)
Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1814329099-19/fragment/page=0001

1278

Venditio agrorum de

[illegible]

Emptio Domini

B.

[illegible]

1278.